

Das Wilheringer Formelbuch »De kartis visitacionum.«

Herausgegeben von Dr. Otto Grillnberger, Ord. Cist. in Wilhering.
(Fortsetzung zu Heft I. 1899, S. 127—137.)

41.

(1333—1350.) . . . (Wilhering?) — *Abt H(ermann) von W(ilhering) excommuniciert jenen, welcher dem Fr. N. . . Denare entwendet, und alle, welche dem Diebe durch Rath oder That beigestanden.*

Excommunicacio.

Nos frater *H(ermannus)* dictus abbas in *W(ilhering)* auctoritate dei patris et filii et spiritus sancti et beate Marie virginis¹⁾ et sancti Benedicti et omnium sanctorum excommunicamus illum, qui²⁾ denarios absceidit seu subtraxit, quos frater *N.* perdidit, et eciam illos vel illum, qui huius furti sunt participes, complices seu fautores et prodere nolunt, similiter eos, qui hoc sciunt nec publicant et qui consilium ad hoc vel auxilium impenderunt, in eandem penam excommunicacionis pronunciamus incidisse, et si super hoc se divinis ingesserint vel ad sacramentum altaris sacrosanctum accesserint, irregularitatis notam incurrere, a qua non nisi per sedem apostolicam absolventur, nisi reatum suum publice recognoverint penitentiam accepturi.

42.

1354. — *Der Abt, Prior und Convent eines Klosters urkunden über die Provision des resignierten Abtes.*

[F. 18'] Notata de abbatis cedentis provisione.

Nos frater *talis* dictus abbas *talis loci*, prior eciam totusque conventus monasterii *talis talis* dyocesis tenore presencium publice protestamur et ad universorum noticiam volumus devenire, quod cum honorabilis³⁾ dominus . . regimen abbacie in domo nostra teneret et in eodem laudabili conversacione persisteret, tandem cupiens idem⁴⁾ dominus ocio contemplacionis vacare et cum illa quondam commendabili Maria domini pedes amplecti regimini sponte cessit et sub levi iugo domini temporalium curas sicut onera gravia declinavit. Nos igitur considerantes pie compassionis intuitu supradicti domini honestam conversacionem unanimi consensu tocius nostri conventus necnon et assensu reverendi in Christo patris et domini, domini . . abbatis visitoris nostri de *tali loco* decrevimus eundem tamquam bene meritum prerogativis specialibus et graciis benignius honorare.

¹⁾ Nach virginis *excommunicamus* durchstrichen.

²⁾ Nach qui eine radierte Stelle von $\frac{1}{2}$ cm.

³⁾ Nach honorabilis *vir* durchstrichen.

⁴⁾ *isdem*.

In primis quidem concedimus ipsum tenere et cum oportuna quiete domunculam quandam, quam ipsemet tempore sui regiminis edificavit, inhabitare ac in eadem dormire, bibere et comedere cum socio seu cappellano sibi de voluntate nostra permissa, quando et quociens necessitas id requisierit faciendum, adicientes, ut cum eodem socio ac cappellano vel aliis secularibus quibuslibet personis seu famulo suo licite loqui possit. Cui etiam famulo deputamus, cum necessitas fuerit, dari tres panes prebendariorum per diem et de nostra communi coquina prebendam, videlicet olus et ordeum.

Item quociens ipsi domino . . opus fuerit, per nostram providenciam et sollicitudinem procurare debemus sufficienciam pro sua voluntate lignorum. Preterea indulgemus, ut in omnibus locis nostri monasterii primum post nos locum teneat ac singulis conventualibus officiis atque laboribus chori totaliter sit exceptus.

Ceterum deputamus sepe dicto domino . . cottidie dari unam candulam vini, mediam videlicet de vino nostro et mediam de vino conventus, cum communi prebenda victus et vestitus, sicut alteri de conventu. Licet etiam et licebit cum supra memorato domino in mensa loqui, quemadmodum in aliis locis, ut supra est expressum.

Insuper compromittimus obligantes nos et omnes posteros nostros fide et conscienciis nostris singulis annis sepe dicto domino . . toto tempore vite sue in singularem et specialem provisionem fideliter et sine omni dolo dare et presentare non coacte, [F. 19] sed spontanee de nostri conventus bursaria IIII tal. den. monete Patauiensis vel Wiennensis sub binis per annum terminis, scilicet duo tal. den. in festo beati Georii martiris et II tal. den. in festo archangeli Mychahelis, abscissa et remota qualibet necessitate vel paupertate nos urgente ac qualicumque excusacione seu causa non obstante. In evidenciam autem ac firmitatem omnium premissorum presentes damus litteras, nostri videlicet et conventus nostri sigillorum robore communitas.

Nos quoque frater . . dictus abbas *talis loci*,¹⁾ pater et visitator diete domus *talis loci* una cum conventu nostro ac cum venerabili coabbate nostro domino . . de *tali loco*, tunc in actu visitacionis assessore nostro omnem premissam concessionem per omnia nostrorum appensione sigillorum duximus approbandam sub nostri favoris obtentu ac nostre districte atque gravissime ulcionis evasione. Data et acta sunt hec anno domini MCCCCLIII *die tali*.

43.

... — *Ein Bischof wird ersucht, einigen Professoren die höheren Weihen zu ertheilen. (F. 19.)*

¹⁾ Nach loci una cum conventu nostro durchstrichen.

44.
... — Propst Al. ersucht den Abt eines ungenannten Stiftes, eines von den Mitgliedern desselben wieder aufzunehmen. (F. 19'.)

45.
... — Bitte eines Abtes an einen Abt um Aufnahme eines seiner Professoren. (F. 19'.)

46.
... — Reisepass für einen Professpriester, ausgestellt von dessen Abte. (F. 19'.)

47.
... — Ein Abt stellt seinem Professoren .. einen Reisepass aus. (Fol. 19'.)

48.
... — Ein Abt bittet einen Abt um Aufnahme eines seiner Professoren. (F. 19'.)

49.
... — Reisepass für einen Professpriester, ausgestellt von dessen Abte. (F. 19'.)

50.
... — Bitte eines Abtes an einen Abt um Aufnahme eines seiner Professoren. (F. 20.)

51.
... — Prior und Convent eines Klosters bitten einen Abt um Aufnahme eines ihrer Professoren. (F. 20.)

52.
... — Ein Abt wird ersucht, seinen Professoren .. wieder aufzunehmen. (F. 20.)

53.
1340. 1. Juni. (Hohenfurt.) — Abt Hermann von Wilhering visitiert das Stift Hohenfurt und urkundet über dessen Vermögensstand.

Anno domini MCCCXL in octava ascensionis domini nos frater *Hermannus* dictus abbas in *Wilhering* filiam [nostram] in *Alto Vado* visitantes talem invenimus et reliquimus statum domus. Receperant a visitacione anni preteriti, que facta fuit anno domini MCCCXXXIX in die sancti Petri martiris, usque in presens de censu, servicio denariorum, annona, vino vendito, emendis, remediis,¹⁾ equis, mutuo ac obvencionibus quibuscumque trecenta III tal. VII solid. IIII den. Per idem tempus expenderant trecenta IX tal. XVI den. Wiennenses. Debita domus tam ad Iudeos quam ad Christianos fuerunt MLV tal. In pensionibus annuis²⁾

¹⁾ remediis? Vgl. Nr. 9.

²⁾ annis.

tenebantur ad XXXII libr. preter pensionem conventus, que extendit se ad X libr. Ad quorum omnium solucionem pre manibus nil habebant. Preterea habuerunt in granario gravis grani sufficientiam ad spacium unius anni subsequens et in cellario II vasa vini. Insuper hec fuerunt eorum peccora numero: equi XIII et boves LX, vacce XL et quadringente oves. In quorum omnium evidenciam sigillum nostrum a tergo duximus presentibus inprimendum.

54.

1351. 19. Mai. (Hohenfurt.) — *Abt Wernhard von Wilhering visitiert mit dem Abte Heinrich von Säusenstein das Kloster Hohenfurt und hinterlässt die charta visitationis.*

[F. 20'] Anno domini MCCCL primo feria quinta post dominicam, qua cantatur *Cantate domino*, nos frater *Wernhardus* dictus abbas in *Wilhering* filiam nostram in *Alto Vado* assistente nobis venerabili coabbate nostro domino *Henrico*¹⁾ de *Valle Dei* visitantes iuxta formam ordinis omnes personas regulares ibidem astringimus ad observanciam submissorum. In primis. Quoniam humane condicionis fragilitas raro patitur, ut religiose conversacionis exercicium ad perfeccionis celsitudinem erigatur absque superiorum circumspeccionis providencia studiosa, prioribus igitur huius domus monasticam disciplinam in aliqua sui parte aequaliter iam inclinatam fideliter committimus refovendam iniungentes in suorum veniam peccatorum, ut iuvenes domus sub arciori teneant custodia in antea quam hucusque per coartacionem affirmacionis divini officii et sessionis in leccione, ut certis temporibus suas lecciones ac cantum provideant, et qui absentaverint se sequenti die maneant sine vino. Et quia bona fama religiosorum ex nimiis evagacionibus quandoque rugam infamie sibi attrahit, que faciliter non poterit aboleri, omnem egressum ad villam vicinam interdicimus et vetamus, nisi evidens necessitas aut ecclesie utilitas aliud exegerit faciendum, et quicumque [cum] speciali domini abbatis [licencia] ibi iverit, cum socio vadat in nullas divertendo preter ad domum plebani vel iudicis, ubi expedito suo negotio breviter revertatur. Contrarium faciens panis et aque penitencia castigetur. Volumus preterea, ut nulli iuvenum concedatur licencia visitandi parentes absque comite et socio seniore. Item ut concordia ac animorum unitas, que sunt firma religionis fundamenta, inviolata permaneant, statuimus, quod quicumque²⁾ turbaciones et lites suscitaverint³⁾ ordinis decenciam dehonestando, proclamatoribus impropria faciendo, tractata et proposita visitacionis tempore aut in cottidiano capitulo tractanda rancorosis replicacionibus obiciendo, suis superioribus

¹⁾ Vgl. Nr. 10.

²⁾ Vorher *quod quicumque* getilgt.

³⁾ *suscitaverit.*

rebellionis calcaneum erigendo, secreta¹⁾ ordinis extraneis personis maliciose revelando pro prima vice penam sustineant levis culpæ, si denuo exorbitaverint, ad *Hylariensem* portam dirigantur pro suis demeritis puniendi. Adicientes, ut nullus circatores audeat in capitulo proclamare, sed si in aliquibus fuerint excessibus, domino abbati, prioribus aut capitulo presidentibus absque tumultu ante introitum capituli sinceriter studeant intimare qui hoc sciunt et fiant in fide et vinculo karitatis. Item ut conversa et inconsueta temeri[F. 21]tas penitus²⁾ auferatur, mandamus firmiter et precise, ut omnes grangarii et simpliciter singule ordinis persone, cuiuscumque status aut commissionis extiterint, sabbato ante diem palmarum ad monasterium conveniant tota penosa ebdomada ibi mansuri usque ad quintam feriam ebdomade subsequentis et tunc ad nutum domini abbatis quilibet poterit dirigere gressus suos. Ascensum eciam et descensum equorum in morstallo inhibemus in exitu et introitu, sed depositis calcaribus in porta et cappa intrent, prout in ceteris monasteriis observatur. Item clamosa insinuacione intelleximus aliquos sacerdotes volentes in porta missam legere eundo et recedendo de altari irreverenter se habere in confabulacionibus populi astantis utriusque sexus, per quod scandalum intuentibus generatur. Precipimus igitur, ut ab huiusmodi presumpcione a celebrantibus deinceps caveatur, sed sub silencio exire studeant et intrare. Insuper magistro infirmorum, qui pro tempore fuerit, committimus seriose, ut propter affectum bone voluntatis et per effectum boni operis infirmis et debilibus se solito prebeat micriorem. Et cum infirmorum inbecillitas sit sanis quodammodo³⁾ onerosa, volumus, ut nullus infirmorum in locis illis, ubi intrantes infirmitorium non debilitatis, sed recreacionis causa se recipiunt, amodo collocetur⁴⁾ et specialis famulus detur pro servitore. Ipse eciam infirmarius horas diurnas ac nocturnas exsolvere non obmittat dicturus certis temporibus cum infirmis. Preterea inhibemus auctoritate paterna, ne annua pensio nec possessio vendatur, ne persona ad habitum vel ad victum recipiatur, ne debita sub usura contrahantur absque nostra licencia speciali. Ut autem viam et ignorancie et excusacionis delinquentibus excludamus, hanc constitucionis cartam alternis⁵⁾ mensibus in capitulo legi volumus et mandamus.

55.

1355. 23. April. (Hohenfurt.) — *Abt Wernhard von Wilhering urkundet über seine Visitation des Stiftes Hohenfurt.*

1) *secta.*

2) *penitas.*

3) *quoddammodo.*

4) *collocetur.*

5) *alterius.*

Nos frater *Wernhardus* dictus abbas in *Wylhering* anno domini MCCCLV in die sancti Georii martiris abbaciam *Alti Vadi* filiam nostram secundum consuetudinem ordinis nostri personaliter visitantes ibidem personas domus ad inviolabilem observacionem astringimus submissorum. In primis. Cum monastica observancia regularis discipline in priorum solerti circumspeccione ac diligenti providencia maxime dependeat et subsistat,¹⁾ prioribus huius domus damus firmiter in mandatis, ut iuniores fratres ad maiorem reverenciam et obedienciam seniorum suorum necnon et ad frequentacionem leccionis et adfirmacionem divini officii debitis exhortacionibus provocent et inducant violatoresque silentii et pacis turbatores cum pena panis et aque [F. 21'] corporali disciplina irremissibiliter puniantur. Pena quoque consimili plecti volumus omnes istos, qui post completorium decantatum preterquam in presencia domini abbatis vacare nocturnis sessionibus et potacionibus inventi fuerint et notati. Item cum secundum regulam beati patris nostri Benedicti divino operi²⁾ nil debeat anteponi, domino abbati ac prioribus, qui pro tempore fuerint, committimus seriose volentes, ut tam diurne quam nocturne hore non nisi cum decem vel ad minus octo personis in choro in posterum decantentur. Ceteros in infirmitorio vel alias infra septa monasterii existentes preter omnino egrotos ac debiles ad persolvendum easdem horas in cappella infirmorum statutis temporibus serius arceant et compellant. Adicientes, ut quicumque absque speciali licencia choro infra missarum solempnia exierint vel eciam ad gloriam introitus non occurrerint die ipsa indispensabiliter maneat sine vino. Preterea inhibemus auctoritate paterna, ne annua pensio nec possessio vendatur, ne persona ad habitum vel ad victum recipiatur, ne debita sub usura contrahantur absque nostra licencia speciali. Ut autem viam ignorancie et excusacionis delinquentibus excludamus, hanc nostre constitucionis cartam alternis³⁾ mensibus coram omnibus in capitulo legi volumus et mandamus.

56.

1356. 25. Mar. (Hohenfurt.) — *Abt Wernhard von Wilhering* visitiert das Kloster Hohenfurt und hinterlässt die charta visitationis.

Anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto [die] Urbani pape et martiris nos frater *Wernhardus* dictus abbas in *Wilhering* abbacie *Alti Vadi* filie nostre annue visitacionis officium iuxta morem ordinis personaliter inpendentes subnotata⁴⁾ statuimus inviolabiliter⁵⁾ observari. In primis. Quoniam monasti-

¹⁾ *subsistant.*

²⁾ *cooperi.*

³⁾ *alternis.*

⁴⁾ *subnota.*

⁵⁾ *inviolabili.*

carum virtutum observancie suos actores quoad contemplacionis celsitudinem glorificant apud deum redduntque¹⁾ apud homines plurimum commendabiles et acceptos, prioribus huius domus firmissime iniungimus, ut omnem curam sollicitudinis adhibeant, quomodo regularis discipline observancia valeat secundum ordinis decenciam reformari. Ne autem statutum patris nostri Benedicti de labore manum languet et vilescat, volumus et precise mandamus, ut qualibet die, in qua tamen laborare iuxta ordinis consuetudinem nobis licet, prior vel subprior aut tenens conventum aliquid operis cum conventualibus faciat, nisi aure intemperies aut brevitatis temporis aliud aliquod exegerit faciendum. Item cum secundum regulam eiusdem patris nostri beatisimi Benedicti de infirmis et debilibus cura maxima sit habenda, [F. 22] dominum abbatem ceterosque officiales monemus pariter et hortamur, ut [erga] venientes ad se pro consolacione monachos pios se prebeant et benignos pie considerantes, ne aliquam in necessariis negligenciam paciantur, maxime cum consolacio sit necessaria post laborem. Item cum doceat apostolus nos²⁾ de victu esse contentos (!) pariter et vestitu, inhibemus singulis atque omnibus, ne quis audeat vestes camere distrahere et sibi de lenioribus providere sine domini abbatis licencia speciali. Alioquin transgressoribus vestes empticie auferantur et ad portam pauperibus erogentur. Adicientes, quod camerarius, qui est aut pro tempore fuerit, ordinata scapularia ante nostram proximam visitacionem indigentibus administret. Item quoniam sic [nova] cudimus, ut tamen vetera nullatenus destruamus, mandata visitacionis preterite innovantes³⁾ volumus omnino in suo robore permanere, quia eadem minus reperimus plene observata. Preterea pensionum vendiciones, possessionum distracciones, personarum recepciones, debitorum augmentaciones nisi secundum statuta Benedicti pape simpliciter fieri prohibemus. Has autem ambas cartas nostre constitucionis ante futuram nostram visitacionem quater in capitulo coram omnibus recitari volumus, ut nullus se possit de ignorancia excusare.

57.

1352. 25. April. (Hohenfurt.) — *Abt Wernhard von Wilhering urkundet über die von ihm unter Assistenz des Abtes Heinrich von Engelszell und des Seniors im Stifte Wilhering, Heinrich, vorgenommene Visitation des Klosters Hohenfurt.*

Anno domini MCCC quinquagesimo secundo die beati Marci ewangeliste nos frater *Wernhardus* dictus abbas in *Wilhering* assistentibus nobis venerabilibus domino *Hainrico* coabbate nostro

¹⁾ reddantque.

²⁾ non.

³⁾ ad innotis.

de *Cella Angelorum* et domino *Hainrico*¹⁾ seniore domus nostre abbaciam in *Alto Vado* filiam nostram ex ordinis more visitantes submissorum observanciam indicimus inibi personis ad nostre observacionis regulam obligatis. In primis. Quoniam salutis monita per²⁾ frequentem sui³⁾ replicacionem religiosos profectus et incrementa virtutum recipere dinoscuntur, eapropter ex officii nostri debito considerantes proximam visitacionem nostram in predicta domo factam per observacionem statutorum extunc a nobis relictorum modico profecisse, volumus igitur et sub firmiori qua valemus districcione mandamus, ut preterite quam supra diximus nostre visitacionis indicta sic ab omnibus personis huius domus inconcusse teneantur, ut preter nostre correpcionis in vectam divinam possint retribucionem ex hoc obediencie merito confidentius expectare. Adicientes,⁴⁾ ut omnes et singuli sacerdotes huius monasterii devocionis affectu magis quam⁵⁾ nostre cohortacionis intuitu sic in missarum celebracione [Fol. 22'] plus solito appropinquare deo studeant, ut ad minus a quolibet ipsorum tres misse septimanis singulis persolvantur. Qui vero secus fecerint notam sui tepiditatis ostendentes proxime sequenti capitulo super hoc redarguti panis et aque abstinentia puniantur. Item cum ex seniorum vita exemplari iuniorum status nonnunquam devocionis merito ampliatur, sub nostri favoris obtentu precipimus grangiarum ministris, ut quociens ad monasterium suum declinaverint, omnes unanimiter in infirmarie dormitorio⁶⁾ indivisi se recipiant⁷⁾ a ceteris malum oblocucionis atque murmuris precaventes. Prohibemus insuper discursus a missa conventuali seu ab horis canonicis. Et ut ad hec omnes indifferenter tam officiales quam ceteri se presentent, volumus precise, ne quovis modo se presumant vel audeant absentare. Hanc autem cartam cum annexa nostre constitucionis ad evitandum⁸⁾ ignorancie⁹⁾ devium mandamus in capitulo alternis¹⁰⁾ mensibus recitari.

58.

1354. 10. Mai. (*Hohenfurt.*) — *Abt Wernhard von Wilhering* visitiert das *Stift Hohenfurt* und hinterlässt die *charta visitationis*.

Nos frater *Wernhardus* dictus abbas in *Wilhering* anno domini MCCCCLIII in die beatorum martirum Gordiani et Epy-

1) Vergl. Nr. 10.

2) *pro.*

3) Nach *sui obligacionem* durchstrichen.

4) *Addicientes.*

5) *magisque.*

6) Wohl dormitorio.

7) Nach *recipiant a ceteris* durchstrichen.

8) *evitandam.*

9) Nach *ignorancie deviu* durchstrichen.

10) *alterius.*

machi abbacie in *Alto Vado* filie nostre visitacionis officium personaliter impendentes pro correccione indigentium subnotata statuimus ab omnibus ibidem divino servicio adherentibus inviolabiliter observari. Primum quidem. Cum ad ea, que ad divine laudis dilatacionem pertinent, tanto debeamus maiori diligencia respicere, quanto in nostra religione proficientibus sancte devocionis profectus melius ac commendabilius recipit incrementum, volumus, ut divine celebritatis officium in legendo et cantando taliter moderetur, ut exclusis clamoribus et vocum dissonanciis adeo decenti modo in posterum peragatur, quod deus cum honore debito veneretur tepidorumque pigricia ad devocionis gratiam nichilominus excitetur. Item quoniam non religionis suscepcio, sed honeste et devote conversacionis adeptio nos perfeccionis provehit in sublime, prioribus huius domus iniungimus dantes firmiter in mandatis, quatenus regularem disciplinam in choro, refectorio atque infirmitorio sollicitius respiciant in antea quam hucusque, ut suis temporibus deperditum recuperent¹⁾ et reforment, ipsis in suorum nichilominus iniungentes veniam peccatorum, ut iuvenes domus sub arciori teneant disciplina ad hoc ipsos debita castigacione coercedo, ut in hoc eorum religiositas evidencius elucescat. Item cum omnia ad divinum cultum pertinencia²⁾ respicienda sint [F. 23] studio diligenti, sacriste, qui pro tempore fuerit, committimus seriose, ut omnia altaria melioribus et decencioribus ornamentis, quantocius poterit, diligenti sollicitudine studeat decorare luminaque in oratorio simul et dormitorio submota omni mora maturo tempore procurare. Item quoniam turpis est pars, que suo non congruit universo, singularitatem illam, quam quidam officialium in substancia monasterii suis usibus reservanda exercere non formidant, vetamus simpliciter et dampnamus omnibus officialibus districcione³⁾ qua possumus inhibentes, ne pecunias officiorum suorum alias quam in bursa communi deponere audeant conservandas. Contrarium facientes pene⁴⁾ proprietariorum per omnia volumus subiacere. Item statutum nostrum anni preteriti de potacionibus post completorium decantatum non plene servatum taliter innovamus, ut quicumque in huiusmodi preterquam in presencia⁵⁾ domini abbatis inventi fuerint deliquisse⁶⁾ uno die panis et aque ieiunio castigentur, cuius pene relaxacionem omnibus in virtute sancte obediencie inhibemus. Preterea inhibemus auctoritate paterna, ne annua pensio aut possessio vendatur, ne persona ad habitum vel ad victum reci-

1) Vorher *recupe* durchstrichen.

2) Nach *pertinencia respicienda sub* durchstrichen.

3) *districcionem*.

4) *pena*.

5) *preseca*.

6) Vorher *preterquam in presencia* durchstrichen.

piatur, ne debita, maxime ad usuram, contrahantur nisi de nostra licencia speciali. Ut autem viam ignorantis excusacionis delinquentibus excludamus, hanc nostre constitucionis cartam ante futuram nostram visitacionem in capitulo legi volumus alternis¹⁾ mensibus, ut nullus se valeat de ignorancia excursare.

59.

1354. 13. October. (Säusenstein.) — *Abt Wernhard von Wilhering urkundet über seine Visitation des Klosters Säusenstein.*

Nos frater *Wernhardus* dictus abbas in *Wilhering* anno domini MCCCCL quarto in die beati martiris Cholomanni abbacie *Vallis Dei* filie nostre annue visitacionis officium personaliter secundum consuetudinem ordinis impendentes subnotata ibidem mandamus et volumus inviolabiliter ab omnibus observari. In primis. Cum a solis ortu usque ad occasum nomen domini sit laudandum, volumus, ut divine celebritatis officium in legendo et cantando taliter, moderetur, ut exclusis clamoribus et vocum dissonanciis adeo decenti modo in posterum peragatur, quod deus cum honore debito veneretur tepidorumque²⁾ pigricia ad devocionis gratiam nichilominus excitetur. Item quoniam decor capitis vergit in membrorum tocius³⁾ corporis honestatem et a prioribus dinoscitur disciplina mandatus potissimum dependere, igitur ipsis damus firmiter in mandatis, quatenus regularem disciplinam in choro, refectorio atque infirmitorio sollicitius respiciant et observent in se et in aliis in antea quam hucusque, ut suis temporibus deperditum recuperent et reforment, ipsis in suorum [F. 23'] iniungentes veniam peccatorum, ut iuvenes domus sub arciori teneant disciplina ad hoc ipsos debita castigacione coercedo, ut in hoc eorum religiositas evidencius elucescat. Preterea quia salutaris observacio silencii mentem humanam quoad devocionis meritum elevat ad superna, statuimus, ut quicumque silencium suum violare aut liberiore levitatis exercicio terciam personam quasi receptricem utriusque colloqui statuere convincuntur affligantur indispensabiliter penis talibus in diffinicionibus constitutis. Ut autem pax et concordia tamquam fundamenta religionis maneant illibata, statuimus et auctoritate paterna mandamus, ut quicumque honestatem seu decenciam ordinis nubilaverint,⁴⁾ videlicet brigas et contenciones suscitando, proclamatoribus impropria faciendo, tractata seu proposita tempore visitacionis vel in cottidianis capitulis tractanda aut proponenda rancorosis replicacionibus obiciendo, suis superioribus in capitulo vel extra rebellionis calcaneum erigendo, secreta domus

1) *alterius.*

2) Nach tepidorumque *tepiditas* durchstrichen.

3) Nach tocius *capitis* getilgt.

4) *nubilaverit.*

vel ordinis maliciose personis extraneis revelando, mendacium aut minas indecenter ac procaciter inponendo, pro suis demeritis dignis castigacionibus coherceantur et puniantur, ut pro huiusmodi pena reflereat deperdita ordinis disciplina. Item quoniam virtus transit in vicium, cum gracia vertitur in abyssum, dominum abbatem propensius commonemus, ut eorum, qui de nimii exitibus sunt notati, egressus sic limitet et refrenet, ut nullum de cetero ex huiusmodi scandalum oriatur. Volumus insuper et precipiendo mandamus, ut offertoria et elemosine seu dona quevis, que a fidelibus largiuntur, per dominum abbatem communibus usibus applicentur. Quicumque vero se de huiusmodi absque licencia domini abbatis quovis modo intromiserit vel quomodolibet distribuerit vel sibi contra obedienciam usurpaverit pena proprietariorum irremissibiliter puniatur. Item quia sacramentorum adhesionem salutis anime roboratur, statuimus, ut quicumque ad minus tres missas in septimana non legerit sexta feria panis et aque edulio consoletur, cuius pene dispensacionem nobis penitus reservamus, hoc adiecto, quod quicumque ebdomadarius missam beate virginis vel defunctorum ab ordine institutam negligendo intermiserit sequenti die vino careat et nichilominus in capitulo corporalem recipiat disciplinam. Preterea auctoritate paterna inhibemus, ne annua pensio vel possessio vendatur, ne persona ad habitum vel ad victum recipiatur, ne debita, maxime sub usura, contrahatur absque nostra licencia [F. 24] speciali. Ut autem delinquentibus omnis ignorancie excusacio subtrahatur, hanc nostre constitucionis kartam ante futuram nostram visitacionem alternis mensibus coram omnibus in capitulo legi volumus et mandamus.*

(Fortsetzung folgt im nächsten Hefte.)

Neueste Benedictiner- und Cistercienser-Literatur.

[Mit Benützung verschiedener Mittheilungen aus einer grossen Reihe von Ordens- und liter. Zeitschriften, zusammengestellt von der Redaction.]*)

LXXVIII. (78.)

(Fortsetzung zu Heft I. 1899, S. 169—181.)

Achery. Quelques Pages Supprimées dans le Tome cinquième du Spicilege de Dom Luc d'Achery. („Analecta Bollandiana“ Tom. XVIII, fasc. 1. 1899) — Adalbert, St. 1. Der hl. A. . . , zweiter Bischof v. Prag. Lit. Ref. („Mittheil. d. Vereines f. Gesch. d. Deutschen in Böhmen“ 37. Jahrg. 3. H. 1899.) — 2. Zum Gedächtnis Adalberts, des ersten Apostels der Preussen. (Ibid.) —

* Wir sprechen allen jenen P. T. Herren, die uns die nachfolgenden lit. Mittheilungen zukommen liessen, unseren besten Dank aus und erbitten uns ihre Beihilfe auch für die Folge. Wir können nicht umhin hier abermals unser eindringlichstes Ersuchen zu wiederholen, uns bei Zusammenstellung gerade dieser Abtheilung